

**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz  
**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz  
**Band:** 61 (1906)

**Artikel:** Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1  
**Autor:** Liebenau, Theodor von  
**Kapitel:** Urkunde Nr. 120 bis 129  
**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-116382>

#### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

#### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

#### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 07.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

diuidendum; reliquum vero filiabus memoratis, quamdiu vixerint, ministratur; postquam vero sepedicte filie diem extremum clauerint, ambo maltera anniuersario antedicti Ulrici depentur. Ne autem super hiis in posterum dubium moveatur, presenti scripto duximus sigillum capituli appendendum. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXVIII<sup>o</sup>, Indictione XII<sup>o</sup>.

Liber crinitus fol. 27 u. 41.

### Nr. 120.

1268, 18. und 31. Oktober, Konstanz und Gottlieben.

Bischof Eberhard von Konstanz bezeugt die Vergabung von Gütern durch den Chorherrn Friedrich, vormals Notar von Kyburg, an das Kloster Wettingen. Zeuge u. a. Bertoldus de Winterthur, Canonicus Beronensis.

Archiv Wettingen. Zürcher Urkundenbuch IV, 106—107.

### Nr. 121.

1269, 20. April.

Freiherr Walther von Eschenbach fixiert die Vogtsteuer der Güter Gauchhusen in der Au auf 5 Schilling.

In nomine domini amen. Testimonia scripturarum et hominum maxime nostris temporibus sunt oportuna, ne ea que fiunt in tempore, cum tempore a memoria hominum dilabantur. Nos igitur Waltherus nobilis de Eschi- | bach Notum facimus vniuersis, presentes litteras visuris vel audituris, quod Chvñradus de Eschi- | bach, filius magistri Hermanni, felicis memorie, possessiones Göchvßen in der öwa, quas ab Ecclesia | Beronenſi posſidebat pro annuo cenu, qui vulgo dicitur vridschazz in quibus jus habemus aduocacie | pro quadam pecunie quantitate Ecclesie predicte quittauit cum heredibus suis, eosdem possessiones | libere resignando. Nosque constituimus pro uice aduocacie in perpetuum a dictis possessionibus nichil nisi | annuatim quinque solidos Monete Turicensis debere exigi vel requiri, et ad hoc nos presentibus obligamus,— In cuius rei testimonium et ad maioris roboris firmitatem presentem

cedulam sigilli nostri | munimine confignamus. Acta sunt hec anno domini M<sup>0</sup> CC<sup>0</sup>. LX<sup>0</sup>. VIII<sup>0</sup>. Indictione XII.<sup>a</sup> XII<sup>0</sup> Kalendas Maii.

Das Siegel ist abgefallen.

### Nr. 122.

1669, 25. September, Klingnau.

Bischof Eberhard von Konstanz tritt dem Kloster Cappel die Kirche in Beinwil gegen Güter und Collaturrecht von Rorbas ab. Zeuge u. a. Dietricus Thesaurarius Beronensis.

Archiv Cappel. Zürcher Urkundenbuch IV, 129—130.

### Nr. 123.

1269, 22. Dezember, Luzern.

Abt Berchtold von Murbach, der bei dem Chorherrn Walther von Hochdorf in Beromünster 20 Mark Silber geborgt hatte, errichtet eine Hypothek auf die Gefälle des Hofes in Stein.

Stiftsarchiv Luzern. Gedruckt im Geschichtsfreund III, 170—171.

### Nr. 124.

1269.

Stiftung der Kaplanei St. Nikolaus und Verena durch Chorherrn Berchtold, Leutpriester zu Seckingen.

Uniuersis Christi fidelibus presentem paginam audituris. Berchtoldus plebanus Seconensis, Canonicus ecclesie Beronensis. Noticiam subscriptorum. Que pietatis studio aguntur | ne lapsu temporis pariter a memoria dilabantur, expedit ea scripture testimonio perennari. Nouerit igitur etas prefentium ac posteritas futurorum, quod ego ad divini | cultus augmentum et anime mee salutare remedium capellam in latere Beronensis ecclesie constructam in honore quoque pii confessoris Nicolai ac beate | Verene virginis dedicatum, propriisque facultatibus competenter dotatam, contuli viro mansueto Berchtoldo sacerdoti

de Gahnanch, adiunctis licitis et honestis condicionibus, que secuuntur, videlicet ut, quemadmodum dictus Berchtoldus, eodem modo quilibet suorum successorum in dicta capella referentiam juret, horis quoque canonicas ac diuinis officiis, que in Beronensi ecclesia iugiter celebrantur, dum modo interesse potuerit commode frequenter interficit. Tres missas celebrare septimanis singulis non omittat; feria secunda pro remedio et salute anime mee meorumque parentum, ac omnium fidelium defunctorum; feria quarta de sanctis, videlicet Nicolao et Venera, patronis supranominatis alternatim officiet prout viderit expedire. In die vero sabbati ad laudem et honorem Gloriose virginis missam cantet. Nec etiam alicubi nomine vicarii celebrare presumat, nisi forte ad tempus prebendarii aliter absentes legitime aut oppressi languore, vices suppleat, vanitatis quoque aut leuitatis studio nequaquam ei liceat diuertere aliquorsum, verumtamen cum persuadet pietas, exposcit utilitas aut requirit necessitas, indulto octo dierum spacio aut quindecim, si opus fuerit, petita licencia a custode vel cellario, aut camerario eundi liberam habeat facultatem. Presbiter autem in ipsa capella instituendus fit talis, videlicet: Nullum beneficium habens, vite laudabilis et conuersationis honeste, qui velit et valeat seruire domino iugiter in timore. Quod si vanitatibus se inmiscens, horis canonicas ac ceteris quibus astrictus esse dinoscitur, negligens fuerit, aut remissus, de redditibus hic male possesis iudicium perpetue dampnacionis manducet et bibat. Et nisi relicta erroris semita resipiscat indignationem omnipotentis dei incurrat et cum reprobis accipiat portionem, De jure autem institutionis prenotata capella duxi taliter ordinandum, vt si meo tempore dictam capellam vacare contigerit, collationem eius mihi, quoad vixero, reservavi. Postquam vero diem extremum clausero, ad custodem dicte ecclesie Beronensis, qui pro tempore fuerit, Capelle collatio deuoluatur. Qui si infra mensem a tempore vacationis Idoneum neglexerit instituere sacerdotem, ut supradictum est Jus collationis in prepositum cadat. Si vero prepositus infra alterius mensis spaciū iure ad eum delato uti neglexerit, Institutio

capelle supradicte ad Episcopum Constantiensem | deuoluatur. Vt autem premissa, que caritatis studio ordinaui, nunc et in posterum inviolabiliter obseruentur, Prefens scriptum honorabilium in Christo prepositi et | Capituli Beronenfis Ecclesie, propriique Sigillorum Karactere roboraui, Acta sunt hec anno domini M<sup>0</sup> CC<sup>0</sup> LX<sup>0</sup>. VIII<sup>0</sup>. Indictione XII.

Es hängt nur noch das zerbrochene Siegel des Propstes Rudolf, in dessen Siegelfeld der froburgische Adler steht.

Copie in Liber crinitus fol. 32; Liber capellan. N. 41, fol. 34. Deutsche Uebersetzung aus dem 15. Jahrhundert im Staatsarchiv Luzern. Moderne Verdeutschung bei Riedweg, Stift Münster 231—233. Vgl. Kopp, Gesch. der eidgen. Bünde II, 1, 487.

### Nr. 125.

1270.

Verkauf des Zehntens in Kulm durch das Kloster Murbach an das Stift Münster.

B. dei gratia Mvrbacensis abbas, Totusque Conuentus Monasterii Mvrbacensis. Uniuerfis Christi fidelibus ad quos presentes litere peruenerint, noticiam subscriptorum. | Quia cum ueloci temporis decursu facta hominum a memoria ex facili elabuntur scripturarum testimonia sunt inuenta. Nouerint universi tam pre- | fentes quam posteri quod nos accedente unanimi consensu et libera uoluntate univerorum ac singulorum confratrum nostrorum Decimam in uilla de Kulnbe, | que iure proprietatis ad hospitale nostri Monasterii spectare dinoſcitur pro certa quantitate pecunie honorabilibus uiris — — preposito et capitulo | Beronenfi, Constantiensis dyoceſis, uendidimus, uolentes eandem pecuniam ad uſu convertere nobis magis neceſſarios et in loco ecclesie noſtre propinquori, promittentes eisdem pro nobis et noſtris ſucceſſoribus ubi cunque et quotiescunque neceſſe fuerit, debitam de ipſa decima noſ preſtare uarandiam. | Abrenuiciantef etiam preſentibus pro nobis et noſtris ſucceſſoribus omni exceptioni, privilegiis, petitionique reſtitutioniſ in integrum et omni | iuriſ auxilio, canonici et ciuilis et omnibus quibus preſens vendicio in poſterum aliqua

tenus posset impediri seu infirmari. Ne autem hec | nostra vendicio aliquorum calumpnia ualeat irritari, uerum etiam ad presentis facti euidentiam et in rei geste testimonium presentem | cedulam conscribi fecimus, nostrorum et hospitalarii nostri Monasterii sigillorum munimine consignantem. Datum anno domini M.<sup>o</sup> C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>. LXX.<sup>o</sup>

Die 3 Siegel sind beschädigt, dasjenige des Hospitalers zeigt einen Löwen mit einem Sterne in der Mitte des Feldes.

Copie im Liber crinitus fol. 19, b — 20, 46, b.

Gedruckt bei Schöpflin, Alsatia diplomatica I, 467.

### Nr. 126.

1270, 16. Mai.

Jahrzeitstiftung des Custos T. [Dietrich] von Hallwil für sich und Berchtold von Hallwil.

Vniuersis Christi fidelibus presentium auditoribus. T. de Halwile, Custos Ecclesie Beronensis, noticiam subscriptorum. Que | pietatis aguntur studio, ne labente tempore a memoria hominum pariter dilabantur, expedit ea scripture testimonio | roborari. Nouerint igitur tam presentes quam posteri, quod nos pio moti affectu in remedium anime nostre ac Berctoldi | bone memorie nostri fratruelis duar Scoposas in Seingen fitas, ut ex earundem prouentibus utriusque dier anni- | uersarius statutis temporibus celebretur, contulimus Ecclesie Beronensi voluntate et assensu Walteri Mili | tis de Halwile plenius accedente, qui pro se ac suis liberis ius, quod fibi ratione aduocatie in bonis predictis | competit, in manu Capituli libere resignauit. Ut autem que legitime ordinata sunt, ne valeant in- | posterum aliqua interueniente calumpnia infirmari, Presentis scriptum fieri ac Sigillorum nostrorum appensionibus fecimus | consignari. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. XVII<sup>o</sup>. Kalendas Junii. Indictione | XIII<sup>o</sup>.

An der Urkunde hängt ziemlich wohl erhalten das schildförmige Siegel mit Legende : WALTHERI DE HALLE V. Vom Siegel des Custos ist nur ein Fragment vorhanden.

Copie in Liber crinitus fol. 5, b.

## Nr. 127.

1270, August.

Jahrzeitstiftung des Chorherrn Gottfried von Pfeffikon mit Leibrentenvertrag.

Vlricus de Landenberg, prepositus totumque capitulum Ecclesie Beronenfis, vniuerfis presentium inspectoribus seu auditoribus noticiam subscriptorum. Constituti coram nobis Ita relictam quondam Johannis de Jegensdorf et ipsius ex eo liberi Instrumentum quoddam honorabilis domini R, quondam prepositi et capituli dicte Ecclesie predecessorum nostrorum nobis exhibuerunt, in hec uerba !

R. de Froburg, prepositus totumque capitulum Ecclesie Beronenfis, Constantiensis dyocesis, vniuerfis Christi fidelibus prefens scriptum visuris seu audituris, maioribus obedienciam, paribus concordiam, minoribus compaffionem. Quia vita hominum breuis, memoria labilis, et homines ad litigandum maxime nostris temporibus sunt proni, cautum esse creditur, et quam plurimum expedire, ut facta quorum memoria est requirenda, ad posteros scripture transmittantur testimonio. Nouerint igitur et sciant vniuerfi, quos nosce uel scire fuerit oportunum, quia propter multiplicia incommoda debitorum, quibus Ecclesia nostra est obligata honorabili viro, dilecto nostro concanonico domino Götfrido de Pfeffikon decem Modios tritici vendidimus annuatim ex nostro spicario percipiendos. Idem vero G. salutis fue non inmemor ad recompensationem beneficii ab Ecclesia nostra percepti, constituit post mortem suam tres modios eiusdem tritici canonicis presentibus tantum pro pane et vino, nomine remedii, in die sui anniuersarii ministrari, vnum vero modium pauperibus pro elemosina erogari. De residuis vero sex modiis sic ordinavit, quod quam diu vixerit in sua fint potestate, Si autem eum premori contigerit Ita, legitima Johannis de Seon, et Anna neptis sua percipient eosdem inter se equaliter diuidendo. Si uero contingat alteram illarum decidere absque liberis, sola superftes eidem succedet pleno jure. Reliquum, si ambas absque liberis decidere conti-

gerit, in die anniuerfarii mei vtriusque duo Modii eiusdem tritici Canonicis tum presentibus dabuntur. Reliqui autem duo modii eum prescriptis tribus in die anniuerfarii predicti G. distribuantur. Statuit etiam, vt si alteram illorum uel ambos liberos habere contingat, liberi matribus hereditario iure succedant. Vt autem hoc nostrum factum, et ipsius pia ac prouida ordinacio in perpetuum maneat inconuulsa, verum et ad maiorem facti euidentiam presentem ei cedulam tradidimus sigillorum nostrorum munimine asignatum. Datum Berone anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. Mensis Augusti.

Cum itaque a dictis matre ac filiis tres modios dicte pensionis pro pecunia redimerimus numerata videlicet XVIII. libris Monete Zouingensis, reliquos tres modios eiusdem dimittimus jure, quod prius secundum tenorem Instrumenti predicti habuerant, in eiusdem percipiendo, secundum quod de jure fuerit faciendum. Datum Berone anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XII<sup>o</sup>., feria quinta proxima post festum beati Gregorii, Indictione X<sup>o</sup>., sub sigillis — — prepositi ac capituli predictorum.

Liber crinitus fol. 31, 44, b.—45.

### Nr. 128.

1270, vom 24. September.

Erblehenbrief des Stiftes Münster für Frau Elisabeth von Liele, Gemahlin des Ritters Hartmann von Baldegg.

Prepositus et Capitulum Ecclesie Beronensis, vniuerfis presentium auditoribus noticiam subscriptorum. Dignum est vt que nostris | temporibus peraguntur negotia, ne labili hominum dilabantur memoria, scripture testimonio roborentur. Nouerint igitur | tam presentes quam posteri quod H. de Baldega, miles, possessiones suas, videlicet duas scopoffas fitas | in Remerswil et terciam fitam in Baldege, jure proprietatis ad eum pertinentes, in manus nostras, Illustris Domini | R Comitis de Habsburg et de Kiburg assensu plenius accidente, libere resignauit. Quas quidem possessiones | Elizabeth, vxori sue dicte de Liele in recompensationem bonorum suorum, que

pro suis necessitatibus idem H. | miles se expedisse fatetur,  
 sepe fate vxori sue concedi humiliter postulauit. Nos uero  
 petitionem prefati | militis fauore beniuolo prosequentes pos-  
 sessiones prenotatas — vxori sue antedicta pro annuo censu  
 videlicet | duarum librarum cere in festo Michahelis persol-  
 vendi concessimus jure hereditario pro se ac suis heredibus |  
 libere et quiete in perpetuum possidendas; vt autem que  
 prouide concepta sunt, nulla possint interueniente caolumpnia  
 | post modum reuocari, presens scriptum fieri ac prenotati  
 Domini R. comitis ac nostri Sigillorum appensionibus | fecimus  
 roborari. Acta sunt hec anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. Indic-  
 tione XIII.<sup>a</sup> presentibus viris honorabilibus: M. de | Wolhvsen,  
 VI. de Arberg, D. et Wer, fratribus de Wolhvsen, Chu. de  
 Wedifwile, M. et VI. de Rivsege, | L. de Spitzenberg, Ber.  
 et D. de Halwil, VI. et C. de Rinach, VI. et D. de Bvtinkon,  
 et Wern. | de Iffental.

Die Siegel fehlen.

Copie in Liber crinitus 5 b—6. Vgl. Neugart, Episcop.  
 Constant. II., 309. Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde II, 1,  
**412**, 505.

### Nr. 129.

1271, 27. April, Laufenburg.

Graf Rudolf von Habsburg und Kyburg, Landgraf in Elsaß, Graf Gottfried von Habsburg und Graf Hugo von Werdenberg vereinbaren eine brüderliche Teilung zur Verwaltung und Behauptung der Lehen der Herrschaft Kyburg, jüngerer Linie, die vom Reiche oder vom Herzogtum Schwaben herühren.

Zu diesen Lehen gehörte die Vogtei des Stiftes Münster.

Original im Staatsarchiv Zürich. Druck bei J. E. Kopp,  
 Urkunden z. Geschichte der eidgen. Bünde I, 19—20; Fontes  
 Bern. II, 778, Zürcher Urkundenbuch IV, 168. Vgl. Pipitz, die  
 Grafen von Kyburg p. 85.